



Venerabilis frater et dilectus fili salutem et apostolicam benedictionem. Comendauimus dilecto filio Ioanni Francisco Comendano electo Zacynthin. et Cephalonien. secretario et familiari continuo Comensali vtro, parochialem Ecclesiam Archipresbiteratum seu plebem nuncupatam sancti Georgii de Arcole vicentinae diocesis per obitum beati Ferdinandi de Medicis dum uiueret Episcopi Zacynthin. et Cephalonien. qui illam in titulum seu comendam obtinens, extra Romanam curiam diem elausit extremum, vacantem ac iuxta dispositioni nostrae specialiter et expresse reseruatam. Prauidere autem uolentes, ne dum legitur expediretur dicta Ecclesiae parochialis possessio ab aliquibus indebitè occupetur, seu illius fructus distrahantur, uobis per praesentes comittimus, et mandamus, quatenus vos, uel alter uestrum, per vos uel alium, seu alios eumprimum eedem praesentes uobis exhibita fuerint, insus parochialis Ecclesiae possessionem, una cum eius fructibus uniuersis, amotis exinde quibusuis detentoribus, et intrusis nostro et camerae apostolicae nomine capiatis et apprehendatis, ac apprehensam conservetis. Contra dictores quoslibet, et rebelles, ac eius auxilium, et consilium, uel fauorem quomodo libet praestantes per censuras Ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias arbitrio vtro infligendas, et moderandas, nec non per uocationis beneficiorum et officiorum Ecclesiasticorum per eos obtentorum penas, aliisque opportuna iuris remedia, appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis reuatis processibus, censuras, et penas ipsas aggravando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Decernentes stante reservatione huiusmodi vos, aut dictum Io. Franciscum propter peccamina, aliquem spoliasse diu, uel cuiquam actionem spolij, nullo modo competere non posse, sed per quoscumque iudices, et Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii apostolici Auditores, sublata eis, et eorum cui libet quauis aliter iudicandi, et interpretandi facultate iudicari, et diffiniri debere, nec non irritum, et inane, si secus super his a quoquam, quauis auctoritate scienter uel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus, et Bonifacii Papae viii. praedecessoris nostri de una, ac Concilij generalis de duobus sociis dummodo non ultra tres, ac alij constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque, seu si aliquibus communitè, uel diuim ab apostolica sede indulgentum, quod interdicti, suspendi, uel excommunicari non possunt per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quod infra sex menses a data praesentium computandos litteras apostolicas super provisione, et comenda huiusmodi in totum expedire, et iura Camerae apostolicae et alij propterea debita perloquere omnino teneantur. Alioquin beneficium huiusmodi uacare censeatur eo ipso. Dat. f. Roma, apud sanctum Marcum, sub Annulo Piscatoris, die xxvi. octobris. M. D. LV. Pont. f. Nri Anno Primo. ~

Io. Barzagus.

xrite colorchecker CLASSIC



Breve di delega^{to}
a prendere possesso
per la Canonica applica
di un benefici^o
Vacante

Ven. fr. Philippo Episcopo Salutaris apud dominum
Venetorum nro, et apostolicae sedis Legationis, et dilecto fr.
Luo Aloisio Pirano Electo Paduae, et eiusdem loco
ranti, uel eorum alteri.

1555. 26. 8. 11



Morbio 26 (26)

39
1555. 26. 8. 11
Pauli Pirani
ad l. Bergin de Anse
XIX, 238 231

